



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 20. Maximilianus Sfortia in Mediolani Ducatum repositus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI. A.C. 1512. tis injunxit, postea eos armis exuit, equos, farcinas, omnesque, quas poterat, pecunias eis abstulit, imo nequidem eorum vestes intactas relinquens illas cum obtritis militum suorum centonibus commutavit; Cardinalis quoque Sedunensis Nicolaum Caponium, cui cura Florentino exercitui stipendia numerandi incumberebat, captivum abduxit, ab eoque lytri nomine sex aureorum millia accepit.

## §. XX.

*Maximilianus Sfortia in Mediolani Ducatum repositus.*

*Raynal. n. 91* *Basel. in'ap-* *pend. ad* *chro. Nauch.* Hæc dum gerebantur, congressus Mantuæ celebrandus agebatur, cui aderat quoque Gurcensis Episcopus, amplissima rei gerendæ potestate a Cæsare instructus. Ibi Pontificii Procuratores, atque Helvetii congregatos impense rogabant, ut Sfortiæ Mediolani Ducatus redderetur; horum precibus devicti, Gurcensis Episcopus, ac Neapolis Prorex annuere compellebantur, quamvis hujus status restitutioni prius obluſtarentur. Ergo inter eos conventum, ut nulla mora Episcopus Papam adiret, cum eo de investituræ conditionibus, quas Imperator præscribere teneretur, acturus.

## §. XXI.